

132
134

D. Sibrando Subberto Theologo Francoeraco J. Pareus Sc.

Salutem. Litera. Tua, vir Clarissime, cum Greitseriana
replicatione bis ad me venerunt, semel cum eodem in acidulis
Svalbachianis valetudinis causa: iterum cum eodem Francofurti
in nardinis: unde reversus domum qua sita tua requisivi, librum
percursi, quam valde probo, quia e solide scriptus, et stylo modesta
tione, quam id hominum genus merebat. Sunt enim de rarissimis
et modestiam nostram in causa praesudicium trahunt. Sed praestat ju-
diciam istorum sinistram scire, quam extra officium credere.
Docet nos Spiritus mansuetudinis, ipsis maledicentiam relinqua-
mus mala causa certissimum indicium. Si coram eodem referrem
tibi, quid cum tribus patribus Augustinensibus, in acidulis egerim.
Sed non ero longior, ita res cecidit, ut Pontificii ipsi, qui negro
numeri adfuerunt auditores, apud alios palmam non obscure
mibi tribuerint. Hoc didici, plus habere in fronte id hominum
gens, quam in recessu. Egius de intercessione et invocatione
Sanctorum, de fide Catholica Scriptura: de Antichristo: de Pissa.
Sed hoc obiter, primum librum tradidi filio meo Philippo ut vo-
luisse. Pro utroque tibi gratias ago, et exemplum mitto. Quasita ex eo
rum videntur esse genere de quibus Augustinus nihil opus esse dicit,
ut cum discrimine definiantur, cum sine discrimine ignorantur. Ego
subtilitatis, non assuetus sum. Intellego a vestris vicinis Leydensibus,
agitari. Miseret me schola, in qua iuveni ita misere illuditur,
ut pro necessariis usibus, et salutaribus, inanes argutias discant.
Sed respondebo, quod calamus currens dictabit.

Ad primam: Quomodo perspicue et sine offensione explicari
possit: DEUM etiam regere et gubernare malitiam in actioni-
bus malorum? non habeo aliud, quam quod credo me prius re-
spondisse: in peccatis hominum, qua scriptura Deo quaedam
tribuit, tum considerari motum, utraque fuerit et iudicium Dei
occultum. Primum et tertium Deum in Deo e. Sed in
hoc e malitia non Dei, nec a Deo e: sed prava volunta-
tis humanae et Satanae. Legitur tamen a Deo tum ratione Prin-
cipii, quod e voluntas prava, Dei imperio subiecta: tum ratione
finis

finis, qui est iudicium Dei occultum, sed iustum, ut multoties Augustinus loquitur. Modum questionis Bellarminus explicare coactus passim, sed deficit. Ego explicare non valeo, sed adoro excitando motum voluntatis, dirigendo malitiam actionis exequi iustum suum iudicium, ut in peccato fratrum Iosephi, Jeroboam, Iuda & Scriptura ostendit. Ne hic ergo prolixior.

Ad II. Quomodo et quomodo Deus velit istam malitiam? Velle ambiguitate dici, pro approbare, et pro permittere, seu non inhibere, sicut Nolle dici, pro improbare, et pro inhibere. Approbatione Deus nullo modo vult malitiam: quia Deus est volens iniquitatem. Per permissionem velle dici potest, sed non potest. Non abhorrendum est a permissione: quia nobis in scripturis significat non cessationem providentiae divinae in operibus malorum, sed privationem gratiae, vel illamixantis vel flecentis, vel utriusque.

Ad III. An in peccato sit aliquid positivum? dicendum videtur positivum opponi privativo et negativo. Oppositum negativo in peccato est aliquid positivum: quia malitia vere ponitur in peccatis, dum inesse affirmatur. Oppositum negativo nullum est in peccato, ratione formalis, quod est actus: est tamen ratione materialis, quod sunt inclinationes pravae, motus actus, seu positivum subiectum, sive vehiculum sceleris perpetuum. Absolute vero peccatum, vel in peccato esse aliquid positivum, non dixerim, quia verum et falsum esse potest.

Ad IV. An omne positivum habeat authorem Deum? Dico quod ita intelligendo positivum privationi oppositum. Sed ex in necessario est bonum: quia privatio non dicitur, nisi boni debiti inesse. Positivi negativo oppositi author etiam potest esse diabolus, re peccati, quod est privatio boni debiti inesse. Privatio vero boni esse ponitur, dum inesse affirmatur.

Ad V. An habitus malus dici possit peccatum, et contra? hoc dubium est Thomae 1^o 2^o quaest. 62 ar. 2. affirmat de habitu malo, ut est inordinata dispositio, orta ex privatione originalis iustitiae: negat de habitu inclinante potentias ad male agendum. Sed ipse agnoscit ad 3. hoc non esse solidum, quia etiam peccatum

138
135
tum originale s. in habitans, quod non est malus habitus proprie loquen-
do, inclinatur potentias ad prave agendum. Distinguo igitur habitum ma-
lum strictè et laxè sumendo. Strictè malus habitus est pravitas, seu fa-
cilitas malè agendi ex crebris peccandi actibus, vel imitatione orta, sic
habitus malus est peccatum, non quodvis, sed actuale, et pronitate frequen-
tatum, ut verbi causa, ebrietas, furtum, mendacium in ebriosita-
tibus et mendacibus affirmatis. Laxè malus habitus dici potest, habi-
tus malitiosus, quia cum inè dicitur haberi. Sic habitus malus dicitur
quodvis peccatum, sed excipit. Omnis igitur habitus malus erit pec-
catum: sed omne peccatum non erit habitus malus, loquendo stri-
ctè et proprie.

Ad V. Quæ sit differentia inter habitum malum et peccatum origi-
nale? dico, quod laxè loquendo differant ut genus et species, hic
enim malus habitus, est vitium prave agendo comparatè, inclinans ani-
mum ad actuale peccatum; sicut habitus bonus dicitur, virtus bene a-
gendo acquisita, inclinans animum ad actus virtuosos. Originale
verò peccatum est pravitas, in actione qualificata, sed generatione in-
fita. Strictè igitur loquendo, habitus malus non est idem, quod ori-
ginale peccatum.

Ad VI. An originale peccatum sit peccatum habituale et an pec-
catum habituale rectè dici possit habitus? geminum hoc est quæsitum ad
prius dico, peccatum habituale dici oportet: vel laxè ut
habitus malus pro peccato, quod quovis modo habet: sic prius af-
firmatè immò utrumque: vel strictè ut habitus: et hoc rursus duplici-
ter, vel ut est in potentia prava, non acquisita sed innata (co-
co potentiam Logicè quod Theologicè est impotentia) sic origi-
nale peccatum dici potest habituale: vel ut est in actu proceden-
te ex illa potentia, sic peccatum habituale proprie dicitur originale
nec quodvis actuale, sed illud quod ex habitu pravo acquisito
profluit ut dixi de ebriosis furibus, mendacibus, et inebriari, furari
mentiri assuetis. Ad posterius denique patet, peccatum habituale pa-
riter dici posse habitum, laxè et strictè sumendo sed sensu diverso.
Atque hæc sunt, quæ in præfatis ad quæsitum tua occurrunt.
Quæ si minus satis faciunt, dixi prius, me subtilitatibus parum esse
exercitatum. Aliis igitur enucleatius explicanda relinquo. Quor-
sum.

Sum tendant vicini vestri, talia moventes, dies docebit. Vereor ne Pe-
casio et Loirino viam parent, aut monstrum aliud alant. Tu vero mihi
iracundus argutis, perge quae simplex illud, apertum, verum, solidum
et salutare doctrinae genus à Praeceptoribus è fontibus, s. literarum
haustum et traditum, nobiscum iuventuti tradere, et scriptis eruditissi-
mis astruere. Audio non paucos studiosos Lejdā ad vestram Acade-
miam concedere. Sunt etiam mense Octobri Synodum Provinciale
Hollandia institutam. Faxit Deus, ut bene cedat. Vale vir cla-
rissime et me quod facis ama. Heidelbergae die 25. Martii.
1604.

87.

Isaaco Genio S.

De Josephi Scaligeri Elerchis Chronologicis.

Uobes, Apologiam adversus Scaligeri insanos Elerchos. Visne
ut et ipsi insaniam? Certè ab homine sano prodire non pot,
uit tam insana oratio: nec multum sapit, qui insano re-
spondet. Ad multas Apologiam meam vehementer expecta-
ri atq; desiderari ais, metuisq; ex silentio meo causae præ-
judicium. Ego verò miror, non etiam expectari Apolo-
giam Africani, Eusebii, Hieronimi, Josephi et omni-
no Chronologorum nullo propè excepto, quorum ille maes-
si Eusebianis et Elerchis nihil clementius, quam fa-
mam meam crudeli stylo flagellavit. Magis miror
omni expectari ac desiderari Apologiam Scaligeri Hijpo-
bolimaei, quo ille non de Chronologia principij sui, sed
de illustri familia nomine ac statu, deq; famā
et vitā ipsā postulatur. De me causaq; mea, vel
Dei potius, securum te esse jubeo. Epistolas adversarii
non est quid moremur. Ad reliquis nihil periculi. Pri-
dentes phaleris verborum scripticulisq; nugis non moventur,
verum pondera spectant, rationes attendunt, imperiti
si hoc tribunal conscenderint, quid nisi omnium probum